

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 6

[Rudolf Kapeller-Maximilian Pampichler]: Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. I (Cod. 1-200) (handschriftlich) [um 1800], 7.

Cod. VI.

7.

Alberich,
Anonymi
de
Animalibus.

Cod. VI.

A.
i. b.

Chartae. Fol. mag. Sac. 14.

Primum folium membraceum, cetera 906 chartae. Littera librorum initiales. ad lib. 17 usque elegantem a miniatore ornata. Videtur hic Codex Sac. 14. exaratus. Continet libros 26 Eiusdem Authoris anonymi de animalibus. Nescio qui factum sit, ut hic Codex libros 19 Aristotelis de animalibus continere crederetur, cum obvia quavis inspectio detexisset errorem. Nam nec librorum tituli nec numerus eum editis Aristotelis operibus conveniunt. Praeterea lib. 5. Tract. I. cap. 2. /: ut pluribus aliis / ad. ducuntur opiniones Galieni / sic / Avicennae, Averrois, et Aristotelis, qui Peripateticorum magister et principis nominatur. Jurat collationis gratiam nonnullos librorum Codicis nostri titulos seu inscriptiones adferre.

Liber I. "Incipit liber de animalibus primus, qui est de membris animalium, et praecipue perfectissimis animalibus, qui est homo: atque primus tractatus est de diversitate animalium in membris et vita. Capitulum primum, et est de declaratione disgressionem animalium et qualiter comparantur ad invicem animalia secundum participationem partium."

Incipit: Scientiam de animalibus.

Liber II. "Incipit Liber secundus de animalibus, in quo agitur de compositione aliorum animalium ad hominem secundum convenientiam et differentiam. Tractatus primus de manifestis membris. Capitulum primum de convenientia, quae est in superioribus membris capitis colli et pectoris."

Incipit: Nos ad hoc in libro promissio.

Liber III. "Incipit liber tertius animalium, qui totus est de origine similium membrorum, quae sunt in animalibus. Tractatus primus est de Arteria venarum et Sanguinis origine istorum duorum, et de origine nervorum. Capitulum primum, quae intentio libri et de opinionibus antiquorum de origine venarum Sanguinis."

Incipit: Hoc quam diuimq; est dispositio.

Liber IV "Incipit Liber quartus animalium. Cuius

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 6

[Rudolf Kapeller-Maximilian Pampichler]: Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. I (Cod. 1-200) (handschriftlich) [um 1800], 8.

8.

Cod. VI.

primus tractatus est de diversitate marinarum San.
 quinem non habentium. Caput primum qua fit
 libri intentio et qua diversitas marinarum San.
 quinem non habentium et qua fit diversitas ma.
 lachie membrorum ejus.

Initium: Jam in probato libro sufficienter
dicitur est.

Liber 26. et ultimus agit de vermibus; ubi in fine
 author de philosophia naturalis peripatheticorum
 interpretem a lectoribus suis haberi vult et exposito.
 rem, et addit: "Si autem non legend et comparand
 reprehenderet, tunc constat ex odio eum reprehendere,
 vel ignorantia, et ego saluum hominum parum eum
 reprehensionem." etc.

"Explicit opus naturalium."

Quis autem fuerit iste interpres, mihi autem
 ignotum.

Quintif. script. ord. Prod. 51. p. 174. tandem me docuit,
 hoc opus esse Alberti groti seu Magni, ord. Prod.
 Episc. Latisbon. Magistri S. Thome Aquin. qui
 obiit aō 1280. Effat in edit. opp. Alb. quam adomavit
 Jammy, Lugd. 1651. Tomo 6^{to}. Plura de eo dat Bueky
 l. 5. p. 162. Legg.

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 6

Österreichische Akademie der Wissenschaften, Institut für Mittelalterforschung, Abteilung Schrift- und Buchwesen: manuscripta.at -
Mittelalterliche Handschriften in österreichischen Bibliotheken

Permalink: manuscripta.at/?ID=1715

Hill Museum & Manuscript Library, Saint John's University, Collegeville MN, USA - Online manuscript description:

[OLIVER](#) - Online manuscript description (HMML)